ARQUIVO DA UNIVERSIDADE

COLÉGIO DA COMPANHIA DE JESUS
E
UNIVERSIDADE DE ÉVORA

A1

1559

Pensão de 730 cruzados anual paga pela mesa arquiepiscopal - Para um Reitor e 24 clérigos pobres da diocese no colégio.... para em 6 anos estudarem Filosofia e Teologia.

Gav. 5-B - Maço 1 - N.º 13

1559

PIUS Episcopus Servus Servorum Dei Dilecto filio Henrico Sanctorum quatuor Coronatorum presbytero Cardinali Infanti Portugalie nuncupato Salutem et apostolicam benedictionem. Cum
a nobis petitur quod iustum est et honestum tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Sane pro parte tua nobis nuper exhibita petitio
continebat quod alias tu salubri directioni gregis tibi cure ratione ecclesie Elboren. cuius perpetuus administrator auctoritate apostolica deputatus existis commissi quantum cum deo poteras ne clerici et alie persone
ecclesiastice tue dioc. Elboren. litterarum scientia predite et illi incumbentes ex distantia locorum in quibus studia in partibus illis vigent qualia ab ipsa dioc. et litteris [illegible] voluptate et cupiditate passim
distraherentur providere summopere desiderans sub [illegible] sedis apostolice beneplacito in Capella beati Joannis baptiste in dicta ecclesia constructa et inclusa ac in qua Sacratissimum Eucharistie
Sacramentum tunc reponi et recondi erat solitum unam Cap[illegible] cui per Dignitates ac presbyteros portionarios nuncupatos collegium facientes deserviretur et cui ob illorum carentiam presbyteri ali-
quorum Diaconorum et illorum singuli complementum numeri huiusmodi facientium non ex Civitate Elboren. sed illius dioc. oriundorum vite ac morum honestate preditorum et per te aut pro tempore existentem
Archiepiscopum Elboren. eligendorum et iam tunc forsan electorum inservire et ibidem seu ecclesia predicta aut collegio Sancti Spiritus presbyterorum de Jesu nuncupatorum per te in eadem Civitate sumptibus et expensis
tunc fundato et dotato per te et tuis obligationibus unam Missam qualibet hebdomada celebrare in collegio huiusmodi artes et Theologiam ibidem pro tempore legentes spatio Sex Annorum et alio
modo et forma prout statueretur aut per te antea statutum fuerat audire tenerentur et tunc de rebus tuo pastorali officio pertinentibus et ad predicandum et docendum pabulum [illegible] pro populi
sentientie utilitate et ut doctrina spirituali melius instruerentur et reficerentur pro elemosina [illegible] et stipendio sue sustentationis subsidium Triginta ducatos cruzados nuncupatos monete in
Portugalie et Algarbiorum Regnis pro tempore currentis de Trimestri in Trimestre pro rata a te et dicto Archiepiscopo singulo Anno dictorum Sex Annorum perciperent. Ac ex quibus qui illorum aptiores
et magis idoneos ac sufficientes ut id videretur per te seu dictum Archiepiscopum in Rectorem predictorum capellanorum huiusmodi deputaretur quique ultra onera sibi et aliis capellanis pro tempore incumbentia
[illegible] reliquorum capellanorum tam circa eorum mores et vitam quam ob auditionem lectionum artium et Theologie huiusmodi ac satisfactionem onerum atque tenerentur intendere et vigilare eosque si premissa non adim-
plerent annotaret tibi seu dicto Archiepiscopo ut postmodum providere posset conferre deberet et obligatus esset ad Decem ducatos similes ultra aliorum stipendium interim perciperet ac in quorum locum
dictis Sex Annis primo revolutis alii Vigintiquattuor capellani ut prefertur presbyteri vel ad eorum supplementum Diaconi qui pro aliis Sex sequentibus Annis ad premissa onera tenerentur intendere et
vigilare eosque si illa non adimplerent annotare et de Sex Annis in Sex Annos perpetuo fieret una cum tunc fungebantur ordinaria aut alia ante erexeris et instituerit ac illi sic erecte et institute annuum
redditum Septingentorum et Triginta ducatorum similium quem ex fructibus redditibus et proventibus tue Mense archiepiscopalis Elboren. ad summam Triginta millium ducatorum auri de Camera vel circa
secundum communem extimationem annuatim ascendentium de consensu Capituli dicte ecclesie perpetuo dismembraveris et separaveris eidemque Capelle pro sustentatione eorundem Vigintiquattuor Capellanorum
et ut studium predictum continuare possent nec illud propter illorum inopiam deserere cogerentur de simili consensu auctoritate prefata etiam perpetuo applicaveris et appropriaveris volens quod Rector et alii Capellani predicti
per eundem Archiepiscopum aut illius visitatores in spiritualibus et temporalibus visitarentur et eis singulis Trimestris ratam eorundem Septingentorum Triginta ducatorum [illegible] Regalarum dicte monete con-
stituebat per dictum Archiepiscopum solvi mandaretur prout in tuis desuper confectis patentibus litteris plenius continetur. Cum autem a nobis apostolico petiisti munimine roborari. Nos igitur tuis in hac parte suppli-
cationibus inclinati erectionem institutionem dismembrationem separationem applicationem et appropriationem aliaque premissa sicut rite iuste et provide facta fuerunt et in divini cultus augmentum cedunt
rata et grata habentes ea omnia auctoritate apostolica confirmamus ac presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis et communitionis infringere
vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Dat. Rome apud Sanctum Petrum
Anno Incarnationis dominice Millesimo quingentesimo quinquagesimo nono Quinto Id. Januarii Pontificatus nostri Anno Primo.

CC

Ja.

Jo. Mahe

O. Cittad.

[illegible]

[illegible]

vas [illegible]

1559

PIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI Dilecto filio Henrico Sanctorum quatuor Coronatorum presbitero Cardinali Infanti Portugalie nuncupato Salutem et apostolicam benedictionem. Ea
que nobis petitur quod iustum est et honestum tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis ut ea per sollicitudinem Officii nostri ad debitum perducantur effectum. Sane pro parte tua nobis nuper exhibita petitio
continebat quod alias tu salubri directioni gregis tibi cure ratione ecclesie Elboren. cuius perpetuus administrator a sede apostolica deputatus existis commissi quantum cum deo poteras ut clerici et alie persone
ecclesiastice tue diocesis Elboren. litterarum studiis predite et illis incumbentes ex distantia locorum in quibus studia in partibus illis vigent qualia ab ipsa diocesi et locis consequuntur voluptate et cupiditate passim
distrahebantur pie providere summopere desiderans sub eiusdem sedis apostolice beneplacito in Capella beati Joannis baptiste in dicta ecclesia constructa et inclusa ac in qua Sacratissimum Eucharistie
Sacramentum tunc reponi et decenter erat solitum unam Cap[illegible] cui per Vigintiquattuor presbiteros portionarios nuncupatos collegium facientes deserviretur et eorum ob illorum carentiam presbiteri ali-
quorum Diaconorum et illorum singuli complementum numeri huiusmodi facientium non ex Civitate Elboren. seu illius diocesis oriundorum vite ac morum honestate preditorum et per te aut pro tempore existentem
Archiepiscopum Elboren. eligendorum et iam tunc forsan electorum inserviret et inibi seu ecclesia predicta aut collegio Sancti spiritus presbiterorum de Jesu nuncupatorum per te in eadem Civitate sumptibus et expensis
tuis fundato et dotato pro te et tuis obligationibus unam Missam qualibet hebdomada celebrare in collegio huiusmodi artes et Theologiam inibi pro tempore legendas spatio Sex Annorum et alio
modo et forma prout statueris aut per te antea statutum fuerat audire tenerentur et deinde de rebus tuo pastorali officio pertinentibus et ad predicandum et docendum pabulum verbi dei pro populi
sententie utilitate et ut doctrina spirituali melius instruerentur et reficerentur pro elemosina tempore et stipendio sue sustentationis subsidium Triginta ducatos cruzados nuncupatos monete in
Portugalie et Algarbiorum Regnis pro tempore currentis de Trimestri in Trimestre pro rata a te et dicto Archiepiscopo singulo Anno dictorum Sex Annorum perciperent Ac ex quibus qui illorum aptior
et magis idoneus ac sufficiens ad id videretur per te seu dictum Archiepiscopum in Rectorem dictorum capellanorum huiusmodi deputaretur qui ultra onera sibi et aliis capellaniis pro tempore incumbentia a-
liorum reliquorum capellanorum tam circa eorum mores et vitam quam ob auditionem lectionum artium et Theologie huiusmodi ac satisfactionem onerum atque tenerentur intendere et vigilare eosque si premissa non adim-
plerent annotaret tibi seu dicto Archiepiscopo ut postmodum providere posset conferre deberet et obligatus esset ad Decem ducatos similes ultra aliorum stipendium ratam perciperet ac in quorum locum
dictis Sex Annis primis revolutis alii Vigintiquattuor capellani ut prefertur presbiteri vel ad eorum supplementum Diaconi qui pro aliis Sex sequentibus Annis ad premissa onera tenerentur intendere et
vigilare eosque si illa non adimplerent annotare et de Sex Annis in sex Annos perpetuo fieret iuxta qua tunc fungebaris ordinaria aut alia auctoritate erexeris et instituerit ac illi sic erecte et institute annuum
redditum Septingentorum et Triginta ducatorum similium quem ex fructibus redditibus et proventibus tue Mense archiepiscopalis Elboren. ad summam Triginta millium ducatorum auri de Camera vel circa
secundum communem extimationem annuatim ascendentium de consensu Capituli dicte ecclesie perpetuo dismembraveris et separaveris eidemque Capelle pro sustentatione eorundem Vigintiquattuor Capellanorum
et ut sic eorum prefatum continuare possent nec illud propter illorum inopiam deserere cogerentur de simili consensu auctoritate prefata etiam perpetuo applicaveris et appropriaveris volens quod Rector et alii Capellani predicti
per eundem Archiepiscopum aut illius visitatores in spiritualibus et temporalibus visitarentur et eis singulis Trimestri ratam eorundem Septingentorum Triginta ducatorum sive Triamillia Regalium dicte monete con-
stituebat per dictum Archiepiscopum solvi mandaretur prout in tuis desuper confectis patentibus litteris plenius continetur. Cum quia a nobis apostolico petiisti munimine roborari. Nos igitur tuis in hac parte suppli-
cationibus inclinati erectionem institutionem dismembrationem separationem applicationem et appropriationem aliaque premissa sicut rite iuste et provide facta fuerunt et in divini cultus augmentum cedunt
rata et grata habentes ea omnia auctoritate apostolica confirmamus ac presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis et communitionis infringere
vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Dat. Rome apud Sanctum petrum
Anno Incarnationis dominice Millesimo quingentesimo quinquagesimo nono Quarto Id. Januarii Pontificatus nostri Anno Primo.

CC

R

A. de Alexys

1559
E 1560

Collegio do Espirito Santo de Evora.
da confirmação da pensão de 730. cruzados p.ª suas despezas deduzidos da Meza Arcebispal de Evora.

Bulla do Papa Pio 4. dada em Roma a 10. de Janeiro do anno de 1559. no 1.º anno do seu Pontificado, pela qual confirmou a separação de sete centos e trinta ducados, ou cruzados da moeda de Portugal, que o Snr. Cardeal Infante D. Henrique Arcebispo de Evora tinha feito das rendas da sua Meza Arcebispal, com consentimento de seu Cabbido, p.ª sustentação de hum Reitor, e vinte quatro Clerigos Presbiteros, ou Diaconos pobres da sua Dioceze no Collegio, que o mesmo Snr. á sua custa edificou em Evora com o nome e Invocação do Espirito Santo p.ª ali estudarem por tempo de seis annos Filozofia, e Theologia em beneficio da mesma Dioceze, e que sahirião os mais idoneos p.ª Parochos, e em seu lugar entrarião outros tantos, e conservarião o nome de Porcionarios da Capella de S. João Baptista, ~~onde~~ estava o Sanctissimo Sacramento na Sé de Evora.

Bulla dos capelais artistas e teologos q̃ instituio o Card.al D. [illegible] Arcebispo de Evora
2927

C 1559

capella de S. João

Universidade de Coimbra

I

ARCe 47 = AUC 6
Dep. IV, M 2, G 5B, n. 13
COLOUR AND MONOCHROME SEPARATION GUIDE
IMAGO PHOTOGRAPHIC
BLUE
CYAN
GREEN
YELLOW
RED
MAGENTA
WHITE
3/COLOUR
BLACK

S S
P P
A E

PIVS
PA·PA
IIII